dyamargariton dyanthos omnem aciem reddunt hilarem
et refectam suis virtutibus talibus vigore. Secundum calida
naturalis est in corde et non excedit suos terminos infrigidat aut
calefacit et tunc calor naturalis eo quod ingreditur a suo termino
diminuitur et debilitatur et sic homo senescit. Que autem calorem
naturalem minuunt sunt hec omnia que generant flegma pu
tridum in stomacho et que minuunt spiritus et virtutes omnia que in
tactu infrigidant omnia que digestionem corrumpunt omnis egritudo
corporis omnis inedia corporis omnia accidentia anime continue
sicut ira tristicia furor invidia omnis fetor et affectus malus "amicitia
et totum quod faciunt amicitia non faciunt nisi mediante spiritu exeo
quod calor sic dissipatur. Et illud quod est melius forte est quod
conservat omnia ista et multa alia minuunt calorem naturale et debi
litant ipsum. Ex cuius debilitate provenit senectus et cutis corrugatio
Inculcacio ergo ea que retinet ipsum calorem cordis temperatum ne suos
excedat terminos quia quamdiu temperatus perseveraverit sanitas conserva
bitur et iuventus. Et hoc est quod dixit aristoteles ad alexandrum. Ca
ve tibi alexander et custodi hoc preceptum precipuum et custodia
calorem naturale tuum quia quamdiu calor naturalis temperatus perseveraverit
humor aliquis mensuram non excedit et ita sanguis et mem
bra omni tempore permanebunt. Quatuor ergo sunt res que in hoc
negotio preciosissime operantur quarum due sunt res temperate tem
peramento magno excedente omnem rem in temperancia. Illa vero
que calefaciunt et humectant calefaciunt et humectant etsi
corpora senum et eorum calorem naturale qui declinat ad frigidita
tem et siccitatem est vinum temperate complexionis sive sit novum sive
vetus. Color autem sit albus declinans ad rubedinem substancia
et lucida odor eius suavis et sapor eius sit mediocriter
ut ponticus. Perla quoque similiter est temperata. Ideo temperat calorem naturalem
et ipsum fortificat et valet pre cordiacis et tremori et tremo
ri et clarificat sanguinem cordis. Unde antiqui medici quosdam
videres elegisse gemmas quarum lucide corpora lota sunt albe
morphee inde plene sunt etate. Hee sunt due res que confor
tant calorem naturale et debilitatum restaurant et conservant ipsum
et regunt ipsum in suo temperamento ne cursum nature sue ex
cedat. Alie vero due res sunt solum de medicina et calorem naturali
sanum hominis boni et temperate complexionis. Iste due res tempera
te excedunt omnem temperanciam. Et calor naturalis hominis sani
et temperate complexionis sicut sanguis eius temperatus est et suavis quod
tactus testatur quod suavissimus est quoad tactum. Sed calor natura
lis non sani hominis temperate complexionis est res abhominabilis
Illa sanguis ab eo dissolutus deinceps est ut assimiletur sic est
sanguis paciencium lepram et aliudes scabies ptisim dolorem morbum
febres pestilenciales et pustulas sunt. Illa infinitas bestialis
alis non transit in animal racionale propter dissimilitudinem
sed in aliud simile ut etiam videmus in morbo boum ovium et a